

Disco Hoofdstuk 4 – Extra teksten

1. Jupiter en Mercurius op zoek naar onderdak

Iupiter et filius Mercurius diu per silvam obscuram errant.

Venti arbores movent et Mercurius umbras tangere temptat,

sed eae veniunt et statim fugiunt. Pater ridet et dicit: “Gaudeo!

Tu enim, dum nox appropinquat, inter arbores ludere audes nec umbrae te terrent.

Ego autem eas timeo, nam casam petere tempto, ubi dormire possumus.

Nulla autem casa ianuam aperit et nos recipit!”

Dum Mercurius exclamat: “Nos laedunt!”, Iupiter cogitat: “Praemium do,

cum aliquis nos iuvat et in locum ducit, ubi sedere et cibum capere possumus!”

Tandem per arbores casam vident. Ante casam senex sedet.

Tum dei dicunt: “Senex, quis es?”

Senex respondet: “Philemon sum. Nos hic habitamus.”

Mercurius dicit: “Dicis ‘nos’: ubi uxor est?”

Philemon dicit: “In casa est et cibum curat. Sed intrate!

Libenter vos recipere et cibum inter nos dividere cupimus!”

Woordjes:

nec

= *et non*

aliquis

= iemand

casa

= huisje

cibus

= eten, voedsel

nulla

= geen (enkel)

libenter

= graag

ianua

= deur



2. Jozef en Maria op zoek naar onderdak

Inleiding: Keizer Augustus kondigde aan het einde van de 1e eeuw voor Christus het besluit af een volkstelling te laten houden. Iedereen ging op weg naar de plaats waar hij vandaan kwam om zich daar te laten inschrijven. Zo ook Jozef (Iosephus) en zijn hoogzwangere verloofde Maria. Ze trokken van Nazaret naar de stad Bethlehem in Judea. Juist toen ze daar 's nachts aankwamen, was de tijd voor de geboorte aangebroken.

Iosephus et Maria diu per noctem obscuram errant.

Tabernam adeunt, nam locum petunt, ubi dormire possunt.

Taberna autem eos non recipit. Iosephus dolet et nox eum terret;

amica enim gravida est, sed nusquam partum edere potest.

Tandem stabulum vident, sed Maria appropinquare non audet et ante ianuam stat.

Tum Iosephus ianuam aperit et stabulum explorat et dicit:

“Veni huc et statim intra, Maria!” Deinde eam in stabulum ducit.

“Ecce, locus tutus est, nam hic animalia quoque dormire videmus.

Tu ibi sedere potes, dum ego te curo. Dormire nunc tempta, non timere!”

Tum Iosephus exclamat:

“O Domine, non divitias opto, sed iuva amicam et filium validum nobis da!”

Optata simul eveniunt: Maria inter animalia filium parit.

Woordjes:

taberna	= herberg
adeunt	: 3e mv. < adire
gravidus, -a	= zwanger
partum edere	= bevallen, baren
stabulum	= stal
ianua	= deur
tutus	= veilig
animalia	= dieren
validus	= gezond
nobis	= aan ons
optatum	= wens
parere	= baren

